

QX 1546, 20

Ye  
3419

FK





1893/4 2.300

# RECTOR ET CONSILIVM ACADEMIAE VITEMBERGENSIS PVBLICVM

**A**ntiqua lege sancitum est, ut Tabernae Cereuisariae, Hora decima nocturna, claudantur, ne diutius in eis neque Zythi potus, neque hospiti ulli tempus morandi, detur. Quam quidem legem etsi noua quaedam potandi licentia infringere coepit, eam tamen laudabili consilio Magistratus Opidanus in pristinum vindicare decreuit, eaque mente ciuibus suis seuerē, addita simul poena graui, praecepit, ne qua cereuisiae copia, ne qua diuersandi potestas, in ullis Tabernis cereuisariis, ulli hospiti, post horam decimam nocturnam, fiat. Hoc uos, CIVES, ignorare nolimus, hoc potius uobis, ex loco publico, denuntiamus, ut sciatis, quid auctoritate publica ciuibus opidanis interdicatur, eoque magis caueatis, ne quis illorum ulla ratione laedatur in ea re, quam sine magno malo suo facere, aut permittere, non possit. Bonis hoc non promulgamus, quos, nouimus, nocturna luxuria haud delectari. Si qui autem nihilo fecius, quod doleremus certe, libidini suae obsequi uellent, his poenam proponimus, quam eorum intemperantia mereri uideatur. Redintegrata enim Lege Veteri, qua Luxus Nocturni licentia reprimitur, eadem quoque plenius explicata, sancimus iam, ut nemini deinceps nostratium liceat, eis in Tabernis, ubi cereuisia, Vinumque Adustum, uenditur, uel ludus fit globulorum eburneorum, Billard uocant, *ultra Horam noctis decimam*, morari, nedum Hospites illorum locorum, uerbis, factisue ullis, cogere ad Cereuisiam, Vinumque Adustum porrigendum, aut Ludi istius Billardici potestatem faciendam. Quod contra qui fecerit, qui parere huic Legi nostrae noluerit, iste quidem sciat, hanc eius contumaciam ita uindicatum iri, ut ipse, quisquis cuiusue fuerit, statim, nulla spe ullius ueniae, nulla conditionis suae ratione habita, publica Relegationis formula, ex hac Republica nostra certo proscribatur. P. P. XVIII Calend. Septembres, A. S. c1o Io CCXLIX

BIBLIOTHECA  
BONICAVIANA

A. d. Bibliothek  
des Thüring.-Sächs.  
Geschichtsvereins.













1893/9 3500

# ACTOR ET CONSILIVM ACADEMIAE VITENBERGENSIS PVBLICVM

qua lege fancitum est, ut Tabernae Cereuisariae, Hora decima nocturna, claudantur, ne  
tius in eis neque Zythi potus, neque hospiti ulli tempus morandi, detur. Quam quidem  
em etfi noua quaedam potandi licentia infringere coepit, eam tamen laudabili consilio  
gistratus Opidanus in pristinum uindicare decreuit, eaque mente ciuibus suis feure, ad-  
poena graui, praecepit, ne qua cereuisiae copia, ne qua diuersandi potestas, in ullis Ta-  
uisariis, ulli hospiti, post horam decimam nocturnam, fiat. Hoc uos, CIVES, igno-  
rus, hoc potius uobis, ex loco publico, denuntiamus, ut sciatis, quid auctoritate publica  
danis interdicatur, eoque magis caueatis, ne quis illorum ulla ratione laedatur in ea re,  
magno malo suo facere, aut permittere, non possit. Bonis hoc non promulgamus, quos,  
nocturna luxuria haud delectari. Si qui autem nihilo fecius, quod doleremus certe, libi-  
sequi uellent, his poenam proponimus, quam eorum intemperantia mereri uideatur.  
a enim Lege Veteri, qua Luxus Nocturni licentia reprimitur, eadem quoque plenius ex-  
imus iam, ut nemini deinceps nostratum liceat, eis in Tabernis, ubi cereuisia, Vinumque  
enditur, uel ludus fit globulorum eburneorum, Billard uocant, *ultra Horam noctis deci-*  
*nedum Hospites illorum locorum, uerbis, factisue ullis, cogere ad Cereuisiam, Vi-*  
*ustum porrigendum, aut Ludi istius Billardici potestatem faciendam. Quod contra*  
*qui parere huic Legi nostrae noluerit, iste quidem sciat, hanc eius contumaciam ita uin-*  
*ut ipse, quisquis cuiusue fuerit, statim, nulla spe ullius ueniae, nulla conditionis suae*  
*ta, publica Relegationis formula, ex hac Republica nostra certo proscribatur. P P*  
*nd. Septembres, A S cIo Io CCXLIX*

BIBLIOTHECA  
RONICAVIANA

A. d. Bibliothek  
des Thüring.-Sächs.  
Geschichtsvereins.

